

10
ORDINIS IVRIDICI

1791 8

IN

ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T.

DECANVS

D. MARTINVS GOTTLIEB
PAVL I,

CODICIS PROFESSOR PVBLICVS ORDINAR. CVRIAЕ PROVINCIALIS
CONSISTORII ECCLESIASTICI SCABINATVS ET FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSOR

LECTORI BENEVOLO
SALVTEM.

ORDINIE IARIDI CI
CONDIVINA AUTEM RICERCI
DUCANIA
D MARTINE GOTTHE
TAVI

Godetis illa sepius tunc quod curia
procurat et utrumque invenit
conveniens etiam quod in
tempore deputatus est. Propterea
quod in tempore deputatus est
deputatus etiam quod in tempore
deputatus est. Propterea quod in
tempore deputatus est. Propterea
quod in tempore deputatus est.

nde officio mihi nō dignogebat. Quia et meum iudicium
piscis erat, quod non satis erat. Et utrumque
volumen fuit, quod non satis erat. Et utrumque
ab aliis dignis erat, quod non satis erat. Et utrumque
ministrorum. Et utrumque libri. Et utrumque libri. Et utrumque
libri. Et utrumque libri. Et utrumque libri. Et utrumque
libri. Et utrumque libri. Et utrumque libri. Et utrumque
libri. Et utrumque libri. Et utrumque libri. Et utrumque
libri. Et utrumque libri. Et utrumque libri. Et utrumque
libri. Et utrumque libri. Et utrumque libri. Et utrumque
libri.

Q. D. B. V.

Prouidentiae diuinae bonitatisque cum placuerit, vitam ad
eum usque diem mihi prorogare, in quo ex nostri
Collegii et Academiae lege Decanatum gerendi munus ad
me redibat, eo autem suscepto, mihi nonnihil commentan-
di munus, in primis quando potentibus candidatis via ad
summos in utroque Iure honores rite legitimeque capessendos,
aperienda est, incumbebat, aliquandiu dubius haefi, quod-
nam scribendi argumentum feligerem, donec subito subnata
mihi est cogitatio, ex Historia et Antiquitatibus Romanis
de promere locum, ab Iure Romano non alienum prorsus.
Est autem iste locus, singularis plane et eximia illa sapientia
et prudentia tam legislatoria, quam iudicialis, quam veteres
Romani inde ab antiquissimis temporibus tam in condendis



legibus, quam in applicandis iis ad negotia in vita ciuili ob-
venientia prodiderunt. Non autem, quae haec de re dici
possunt, ab ipsis vrbis primordiis repetere, et ab Romuli,
Numae Pompilii, Servii Tullii legibus, sic dictis regiis, de-
ducere, sed, praetermissis his antiquissimis Romanorum
temporibus, ab Decemuiralibus, seu duodecim tabularum
legibus, quas Cicero omnis iuris tam publici, quam priuati
iure meritoque fontem nuncupat, deriuare volo. Exactis
autem, lege tribunicia, regibus Romanis, quae ab eo tem-
pore fuerit iuris romani facies, Sextus Pómponius paucis
his describit verbis; Scilicet, exactis deinde regibus, omnes
leges regiae exoleuerunt, iterumque coepit populus romanus
incerto magis iure et consuetudine vti, quam per latam le-
gem. Ceterum non ita sunt haec Pomponii verba accipien-
da, ac si, interiecto hoc tempore, ex leges prorsus vixerint
Romani, sensus eorum potius est, regias leges non amplius
tanquam ius scriptum, sed tanquam mores et consuetudines
patrias viguisse. Cum autem ea rès molestias multas crea-
ret, cuiusbusque Romanis largam litium materiem praeberet
magnasque subinde excitaret contentiones, placuit tandem
populo Romano, certas ferri leges et stabiles, ad quarum
normam tum publice vniuersi, tum priuafim singuli se con-
formarent. Tanta autem veterum Romanorum hac ex parte
elucebat prudentia, bene ut perspicerent, non quidquid ubi-
que

que egregium est, id in vnius populi legibus et moribus reperiri, quam ob causam nec vnius tantum ciuitatis iura cognoscere voluerunt, sed plurium, earumque sapientissimam, atque ex earum omnium institutis quod usquam egregium, decerpere et ad se transferre. Miserunt itaque legatos tres in Graeciam ad illas omnium doctrinarum, pene dixerim, inuentrices Athenas, qui Solonis leges describerent, quas ille, unus e septem sapientibus Graeciae, Atheniensibus scriperat, sublatis legibus Draconis, in quibus nil fuisse fertur memorabile, praeter poenarum acerbitatem. Miserunt eos fortassis quoque Lacedemonia, ut cognitas sibi redderent leges Lycurgi, quas ille Spartanis tulisse fertur. Miserunt praeterea et ad alias Graeciae vrbes, potissimum Graeciae magnae, ut omnium harum ciuitatum leges, instituta moresque explorarent. Ex tot autem clarissimarum ciuitatum institutis et legibus, et ex eo praeterea, quod Romanis erat proprium, delectis, quae usquam egregia, compositum est ab Deemuiris Ius Ciuale. Quiritium atque istae tantopere celebratae leges XII. tabularum, quas, quantum quidem ex sparsis hinc inde earum fragmentis colligeret licet, tres veluti in partes diuisas fuisse, dicitur, quarum prima Ius istud, quod ad sacra et religionem pertinebat, comprehensum erat, secunda ius publicum, tertia denique, quae longe maxima fuit, Ius priuatum, id est, illud Ius, quod cuiusque ciuiis Romani utilitatem propriam et priuatam respicit.

Successu temporis autem Ius hoc Romanum adauctum est
mirum in modum, latae quippe sunt fere quotannis plures
aliae leges et plebiscita pene dixerim innumera, sed in hoc
legum Romanarum veluti cumulo, Leges XII. tabularum
retinuerunt suam auctoritatem, et manserunt fons omnis iu-
ris tam publici, quam priuati. His autem praemissis, per-
gimus ad eam Iuris Ciuilis Romani partem, quae posita est
in Iure dicundo, ad negotia ciuilia applicando interpretan-
doque. Ius autem dicentis officium quam latissime patere
voluerunt veteres Romani temporibus reipublicae liberae, nec
consistere tantum in iure constituto singulis postulantibus red-
dendo, sed praeterea quoque in iure edictis publice propo-
nendo ac veluti constituendo, facta magistratibus potestate,
ea, quae a legibus et iure ciuili proficisciabantur, mitigandi,
supplendi, adiuuandi, corrigendi quoque, prout aut natura-
lis aequitas aut utilitas publica postulare videretur, salua ta-
men populi legumue auctoritate, atque hoc ius Honorarium
appellabant et viuam iuris ciuilis vocem. Ceterum autem
praecipuam iuri ciuili auctoritatem attulit et stabilitatem
quod apud veteres Romanos magno in honore et pretio semper
fuerit iuris constituti et cognitio et interpretatio. Probe
enim perspiciebat Romani, non satis consuli ciuibus sole
legum sanctione, nisi sint in ciuitate, qui vim legum intel-
ligant, easque interpretari et in infinita rerum et negotiorum

rum

7

rum varietate populo de Iure respondere possint, qui quasi
custodes sint Iuris Civilis, quorum auctoritate ipsis legibus
sua quasi conservetur auctoritas et ad posteros transmittatur.
Huic itaque muneri praecesse voluerunt amplissimos quosque
et clarissimos viros Claudio, Mucios, Catones, Brutos,
Crassos, Lucilius, Gallos, Sulpitios alios, quos omnes,
constat, Iuris Civilis scientiam professos esse interpretando,
respondendo, plerosque etiam docendo, disputando, scri-
bendo. Ecquam autem aliam commemorare possumus gen-
tem, quae in hac re, non dico certare cum Romanis pos-
sit, sed apud quam iuris civilis studium aliquo saltim in pre-
tio habitum et quodammodo olim excultum fuisse videtur,
vbi Iurisconsultorum nomen, nisi apud populum Romanum
auditum? Itaque Romae amplissimi quique ciues et clarissimi
viri, Iuris civilis quasi custodes, in hoc munere tanquam in
praesidio aliquo locabantur, a quibus ceteri ciues, quid
aequum bonumque, data quavis occasione exquirerent. Atque
hi, non contenti communi quadam et vulgari legum iurium-
que intelligentia, omnes bonarum artium opes, cunctas
eruditio[n]is iustae et legitimae partes sibi comparabant, omnem
denique bene viuendi rationem tenere et persegu[er]i satagebant.
Accepto deinceps Principe ingens facta est accessio, ac tum
demum Iuris Civilis studium ad summa[rum] perductum est fa-
stigium. Nam cum yitio saeculi paullatim inualuisset,

ut
passim



passim promiscue cuiuis, qui studiorum suorum haberet fiduciam, fas esset, Iurisconsultum se profiteri et publice de iure respondere, ne vel multitudine profitentium, vel huius aut illius imperitia res tanta vilesceret, atque ut, teste Pomponio, eo maior esset iuris auctoritas, Augustus Imp. constituit, ut ex sua tantum auctoritate de iure responderetur, nec quemquam ex eo tempore passus est, publice de iure respondere, et iuris scientiam profiteri, nisi cui id beneficii loco ob insignem eruditionem ac virtutem concessisset ipse. Hoc institutum et exemplum Augusti Imp. reliqui deinceps Principes per longam annorum seriem sunt secuti. Sed quod omnium maximum est, ipsis principes boni et Imperatores non aliud studium magis, quam Iuris Civilis excolebant, et apud Historiae Augustae scriptores nihil occurrit frequentius, quam quod ipsis Principes Ius assidue ac severissime dixerunt. Quando autem ius dicebant et iudicabant, adhibebant in consilium non amicos et comites suos, sed viros sapientes et ex Iurisconsultorum ordine clarissimos. Ita de Hadriano refert Aelius Spartianus, eum, cum iudicaret, in consilium adhibuisse Iulium Celsum, Saluium Julianum, Neratium Priscum, alios, quos tamen omnes vniuersus Senatus Romanus probasset. Praeterea iidem hi Historiae Augustae scriptores hunc olim Principum Romanorum fuisse, referunt, morem, ut iustitiae solium quotidie frequentarent, neutiquam tamen hunc in finem,

finem, ut illud solum praesentia sua condecorarent, sed vt
ipsi ciuibus de iure responderent, causas cognoscerent, par-
tes audirent sententiamque pronunciarent. Plura supersunt,
quae his hucusque dictis addi possunt, sed angustia tempo-
ris et instituti ratio, plura hodie addere, vetat.

Etenim via hodie ad summos in vtroque iure honores
rite legitimeque consequendos aperienda est Viro Clarissi-
mo atque Praestantissimo Domino

TRAVGOTT FRIDERICO GENSIKEN.

*Natus sum Frauenhainge, prope Grossenhaynam anno
MDCCCLXII. quarto die ante Cal. Iun. Patrem habeo
JOANNEM FRIDERICVM GENSIKEN, illius loci eo tem-
pore, et iam a viginti quinque abhinc annis Wermsdorffii et Huber-
tiburgi verbi diuini ministrum; matrem vero IVLIANAM ELISA-
BETHAM e gente HUNGERIA. His parentibus dici non potest
quantum debeam. Pater, cum vestigia quaedam amoris studiorum
in me deprehendisset, illum quotidiana praeceptione et saluberrimis
institutis alere et omnem litterarum et elegantiae cupiditatem magis
magisque excitare hanc omisit, tradiditque simul me institutioni pra-
ceptorum quorundam domesticorum. Hanc institutionem domesticam
percepi usque ad initium anni MDCCCLXXIV. quo adscribebar Alu-
mnis Scholae electoralis, quae Grimmae floret. Ibi usus sum institu-*

b

tione



tione praceptorum, KREBSII, qui nunc èrāt yōs, MÜCKII, HOFMANNI, REICHARDI, et, qui Matheos elementa tradebat, RICHTERI, quos omnes adhuc pie veneror. Absoluto ibi cursu delatus sum Vitebergam anno MDCCCLXXIX, ubi retulit me in Album ciuium Academicorum KRAVS, eo tempore Rector; Ibi sestatus sum in Philosophia HILLERV et REINHARDV; in omni fere historiarum parte SCHROECKHII institutionem et in Physis TITIL p̄aeceptionem accepi, simulque interfui BODENII p̄aelectionibus in Horatium et Homerum, nec non in Archaeologiam literariam.

Cum vero iuris studium mihi inprimis sequendum proposuimus, scholas adii Viatorum Consultissimorum, Illustrium laudeque mea longe maiorum, qui eo ordine, quo tunc temporis munere Antecessorum in Academia fungebantur, iam mihi nominandi sunt, CHLADENII, KRAVSII, PAVLI, FISCHERI, WIESANDII, REINHARDI, KLÜGELII et HOMMELII, quorum omnium memoriam nunquam ex animo sum dismisurus.

Sub finem cursus huius audiū quoque LANGGVTHIVM, Medinae legalis p̄aecepta tradentem. Quibus omnibus per quatuor annos ita actis, script⁹ dissertationem de fide sponsalit⁹, sub Praefidio Viri Magnifici KLÜGELII publico eruditorum examini propositam, et submis⁹ me deinde examini, quod ii subire debent, qui aliquando Praxin iuridicam exercere volunt.

Vt vero obseruantias et ritus iudiciales stylunq̄ Curiae cognoscetrem, non solum ibi ICtum quendam celeberrimum habui dum,

tem, sed etiam usus sum venia, electorale pagi Vitebergensis iudicium frequentandi meque legendis Commentariis forensibus informandi. Eo quoque tempore specimina, quae sis, qui ad praxin iuridicam adspirant, incumbunt, ex actis judicialibus edidi et summo Reginini Aucto exhibui. Anno deinde MDCCCLXXXIV. mense Maji Dresdam me conuersti, et, in numerum Aduocatorum relatus, ab eo inde tempore in consulendo, cauendo et scribendo fui occupatus, nec non Iuridici munus mihi demandatum in variis praediis equestribus administrando. Iam quia summis in iure honoribus exornari et Aduocato conuenire, eredidi, hanc dignitatem ab Illustri ordine Istorum in Academia Vitebergensi existimauit petendam, quapropter dissertationem scripti iuridicam huius argumenti: Reatus omnem excludit dignitatem: quam superatio examine, ut vocatur, pro Candidatura, et rigoroso eruditorum iudicio in cathedra publice submittam, et sine Praefide, impetrata a SERENISSIMO ELECTORE venia, a dissentientibus defendam.

Quae res ut mihi cedat feliciter et ut Deus amplius velit prouidere, toto pectore precor.

Hic Candidatus noster in utroque, quod subiit, examine tam praeclaram in Iure doctrinam ita probauit, ut ab Ordine nostro dignissimus fuerit iudicatus, cui summi in utroque Iure honores tribuantur. Fiet hoc proxime instanti die XIII. Octobr. anni praesentis, praemissa dissertatione Inaugurali, quam Serenissimi Principis Electoris indulgentia fine

Prae-



Praeside publice defendet. Hunc actum solemnem ut RE-
CTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS ILLVSTRISSIMI COM-
TES, PERILLVSTRES LIBERI BARONES, PATRES ACADEMIAE
CONSCRIPTI, OMNES DIVINAE HVMANAQUE SAPIENTIAE
DOCTORES, nec non GENEROSISSIMI atque NOBILISSIMI ACA-
DEMIAE CIVES honorifica praesentia sua condecorare velint,
et meo et ordinis mei nomine ea, qua par est, obseruantia
rogo. P. P. Dom. XVI. post Fest. Trinit. A. R. S.
MDCCCLXXXI.



Wittenberg, Diss., 1791



f

sb.

B.I.G.

Farbkarte #13



IVRIDICI

10
1891 8

TEMBERGENSI

N V S

S GOTTLIEB
V L I,

ORDINAR. CVRIAEC PROVINCIALIS
SCABINATVS ET FACVLTATIS
ASSESSOR

E N E V O L O

T E M.